

Sueton, Divus Augustus 34-50

Augustus, Res gestae 5

Dictaturam et apsenti et praesenti mihi delatam et a populo et a senatu M. Marcello et L.
Arruntio consulibus non recepi.

❖ Einführung neuer Gesetze

Sueton, Divus Augustus 34

Leges retractavit et quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam et de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cum aliquanto severius quam ceteras emendasset, prae tumultu recusantium perferre non potuit nisi adempta demum lenitave parte poenarum et vacatione trienni data auctisque praemiis.

Augustus, Res gestae 8

Legibus novis me auctore latis multa exempla maiorum exolescentia iam ex nostro saeculo reduxi et ipse multarum rerum exempla imitanda posteris tradidi.

Mit neuen Gesetzen, durch mich veranlasst, habe ich viele vorbildliche Einrichtungen der Vorfahren, schon aus unserem Zeitgeist, zurückgebracht und selbst für viele Angelegenheiten habe ich nachahmende Vorbilder für die Späteren überliefert.

❖ Augustus und der Senat

Sueton, Divus Augustus 35

Quo tempore existimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus praeseditte decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Cordus Cremutius scribit ne admissum quidem tunc quemquam senatorum nisi solum et praetemptato sinu.

Sueton, Divus Augustus 39

Impetratisque a senatu decem adiutoribus unum quemque equitum rationem vitae reddere coegit atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit, plures admonitione, sed varia.

❖ **Augustus und das Bürgerrecht**

Sueton, Divus Augustus 40

Magni praeterea existimans sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum, et civitates Romanas parcissime dedit et manumittendi modum terminavit

❖ **Sueton, Divus Augustus 44**

Feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari sollempne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro, separatim et contra praetoris tribunal, dedit. Athletarum vero spectaculo muliebre secus omnes adeo summovit, ut pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in in sequentis diei matutinum tempus, edixeritque, mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere.

➤ **Erklären Sie Augustus' Intention hinter diesem Verbot mit Hilfe folgender Textausschnitte von Ovid und Horaz!**

• **P. Ovidi Nasonis, Ars Amatoria I,89-100**

sed tu praecipue curuis uenare theatris;
haec loca sunt uoto fertiliora tuo.
illic inuenies quod ames, quod ludere possis,
quodque semel tangas, quodque tenere uelis.
ut redit itque frequens longum formica per agmen,
granifero solitum cum uehit ore cibum,
aut ut apes saltusque suos et olentia nactae
pascua per flores et thyma summa uolant,
sic ruit ad celebres cultissima femina ludos;
copia iudicium saepe morata meum est.
spectatum ueniunt, ueniunt spectentur ut ipsae:
ille locus casti damna pudoris habet.

• **Q. Horatii Flacci, Carmen Saeculare 13-16**

diua, producas subolem patrumque
prosperes decreta super iugandis
feminis prolisque nouae feraci
lege marita,

❖ **Zeigen Sie anhand der beiden Textausschnitte wichtige Aspekte von Augustus' militärischem Agieren auf!**

• **Augustus, Res gestae divi Augusti 5**

Iuravit in mea verba tota Italia sponte sua et me be[lli], quo vici ad Actium, ducem depoposcit. Iura verunt in eadem ver[ba provi]nciae Galliae, Hispaniae, Africa, Sicilia, Sardinia.

• **Sueton, Divus Augustus 49**

Quidquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit, definitis pro gradu cuiusque et temporibus militiae et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, aerarium militare cum vectigalibus novis constituit. Et quo celerius ac sub manum adnuntiari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, iuvenes primo modicis intervallis per militaris vias, dehinc vehicula disposuit. Commodius id visum est, ut qui a loco perferunt litteras, interrogari quoque, si quid res exigant, possint.

➤ **Bewerten Sie den Zusammenhang zwischen militärischer und politischer Macht!**

Quellen:

Augustus: Meine Taten – Res gestae divi Augusti, München – Zürich 1989.

C. Suetoni Tranquilli: Divus Augustus, Cambridge 2010.

Horatius Flaccus, Quintus: Odes and Carmen saeculare, Leeds 1998.

Ovidius Naso, Publius: Amores, Oxford 1994.

Sekundärliteratur:

Augustus: Res Gestae, lateinisch, griechisch und deutsch, übers., kommentiert und hrsg. von Marion Giebel, Reclam, Stuttgart 2004.

Bleicken, Jochen: Augustus, Eine Biographie, Alexander Fest Verlag, Berlin 1999.

Kienast, Dietmar: Augustus. Prinzeps und Monarch, Wissenschaftliche Buchgesellschaft, Darmstadt 1982.